



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 140. Guisiorum consilium de Navarro clam trucidando coram Rege.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul XVI
A.C. 1560.

que eorum testimoniis coram ipso producendi essent: cum vero Condæi Principis uxor Guisiorum opera Maritum suum Judicum sententiæ subjici cerne- ret, Regi libellum supplicem porrigens obtinuit, ut Marito suo duo Advocati inter Senatores celeberrimi darentur, quorum consiliis uteretur. Nominabat autem Rex ad hoc munus Petrum Robertum, & Franciscum Marillacum: porro Condæus nonnisi moras nectere intentus postulabat, ut prius, donec responderet, sibi cum uxore sua, Navarræ Rege, & Borbonio Cardinale fratribus suis colloqui gratia fieret, adhibitis tamen iis, quos Rex vellet, testibus, & arbitris: ast eidem duntaxat concessum, ut per literas cum illis agere posset: dein omnes ejusdem famuli ab eo discedere jussi, neminique illum adire permissum fuit. Ceterum Guisius Dux, & Cardinalis ejus frater Condæum damnare decreverant, quin discuterent, utrum hac in re æquitatis leges transgredierentur, vel observarent.

§. CXL.

Guisiorum consilium de Navarro clam trucidando coram Rege.

Thuan. l. c.

Porro iidem Guisii Principes pariter Navarræ Regem in criminis partem pertrahere nitebantur: verum majoris molli-

Sæc. XVI.
A.C. 1560.

moliminis rem esse probe cognoverant, etsi illius exitium ad firmandam auctoritatem suam oppido necessarium intelligerent; satis enim ipsis perspectum erat, quod Navarræ Rex, si incolumis evaderet, fratris sui necem absque dubio ulturus esset; Verum Santandeanus Marecallus, cui eadem infederat opinio, consilium excogitabat, quod ad exitium Navarræ Regis accelerandum, simulque Guisios timore suo liberandos peropportunum censebat: Itaque suadebat, ut Navarræ Rex in Regium cubile accerferetur, eoque ingrediente Franciscus II. Rex eidem motæ conjurationis crimen objiceret, atque exprobraret, quod unacum fratre suo læsæ Majestatis reus nefaria contra Regem, Regnumque consilia utriusque perniciose molitus fuerit: si vero aut objecta crimina pernegare, aut forte prout certo certius eveniet, non minus audacter, quam confidenter respondere præsumeret, tunc, suggerebat Santandeanus, exprobrata eidem temeritate homines ad id destinati stricto pugione in illum irruerent, vulneribusque conficerent. Verum Navarræ Rex hoc consilium ab ipsis etiam Guisiorum amicis edoctus, anxius primo, ac incertus hæsit: cum vero periculum se ægre eluctaturum cerneret, hinc in Regis cubiculum vocatus

catus

Sæcul. XVI
A C. 1560.

catus irrupere, sique invaderetur, fricto ense vitam suam tueri statuit. Enimvero intrepidus, simulque officiose Regem salutans ejus cubile ingressus, coram Francisco II. comparet, ejusque dexteram submisit exosculans, quid Rex proponere vellet, tranquille excipere statuit: ast Franciscus Rex vel animo concidens, vel pœnitentia ductus signum antea pactum dare omisit, quapropter Navarræ Rex sanus, & incolumis e regis cubili reversus est. Ceterum Thuanus celebris Historicus, postquam hoc facinus retulerat, hæc verba subjungit: *Certe qui hæc memoriæ prodiderunt (nam ut vera, ac certa minime affirmaverim) addunt, Guistum, cum Rex cubiculo egrederetur, indignabundum in hæc verba prorupisse, o hominem timidum, ac vecordem!*

§. CXLI.

Montpensericæ Ducissæ monitum Reginæ Matri datum.

Thuan. l. c.

[Interim Regina Mater haud levibus angebatur curis, Guisianorum potentiam popularibus studiis suffultam verita: augebatur etiam ipsius timor Montpensericæ Ducissæ monitis, quæ præsentis rerum vicissitudine opportune usa Reginam hortabatur, ut mature vim, opesque Guisianorum Principum

trau-